

Q. D. B. V. Disputatio inauguralis medica, qua rationes embryulciae & lithotomiae, ex decreto gratiosae facultatis medicae, / praeside, D. Rudolpho Jacobo Camerario, medicinae professore ordinario, patrono & praceptor suo venerando, pro licentia, gradum doctoris in medicina legitimè consequendi, publico eruditorum examini submittit Jacobus Wendelinus Simonius, Tubingensis, ad diem [blank] Martii, hor. loco[que]; sol.

Contributors

Simonius, Jacobus Wendelinus.
Camerarius, Rudolf Jakob, 1665-1721.

Publication/Creation

Tubingae : Literis Joh. Conradi Eitelii, Anno MDCCVIII. [1708]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rv5sf9tu>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Q. D. B. V.

²⁴

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,

*Qua rationes Embryulcia &
Lithotomia,*

Ex decreto Gratiæ Facultatis
Medicæ,

P R A E S I D E,

D. RUDOLPHO JACOBO
CAMERARIO,

Medicinæ Professore Ordinario,

*Patrono & Praeceptore
suo Venerando,*

Pro

LICENTIA,

Gradum Doctoris in Medicina legitimè
consequendi,

Publico Eruditorum Examini submittit

JACOBUS WENDELINUS SIMONIUS,
TUBINGENSIS,

Ad diem Martii, hor. locog̃ sol.

TUBINGÆ,

ANNO MDCCVIII.

Literis JOH. CONRADI EITELII.

DEO,
PATRIÆ,
PATRONIS
ET
AMICIS.

Dili date facultatem, obsecro, huic (glycerio)
pariundi, atque illi (lesbia) in aliis potius
pescandi locum. Verum horum verborum
sensum habet tum demum, qui vel quæ suspirat in
ancipiti temporis articulo. Valent autem non solum
de Obstetricie temulentâ & temerariâ, nec sati digna,
cuicommittas primo parsu mulierem, siue de fæmina
modò chirurgâ sed & de viro. Chirurgo, & suo modo
amplius extendi possunt ad quemcunque alium, quis-
quis nempe ausit temere manuum suarum operam
promittere & collocare sexui utriusque. Generale
enim est illud Hippocratis dictum Medico: Exer-
cere in hoc circa morbos, ut pro sis, aut non noceas.
Preces & sobrietatem commendat vel ipse Comicus;
Temeritati obviam it Hippocrates in lege: ubi ex
artis ignorantia inconsiderantiam, ex imperitiâ ve-
rò timiditatem redarguit. Hæc sunt momenta ra-
tionum, quæ sentiens & ponderans mecum ut à Chi-
rurgiâ progrederer ulterius ad Medicina Studium
me impulerunt, & ut absoluto tandem curriculo
Academico non aliud thema quàm Medico-Chi-
rurgicum publicè proponerem permiserunt. Juva
Jehova! ut in Disputatione dicam veritatem vel
discam, & in Praxi rectè agam & feliciter!

CAPUT PRIMUM.

Nimus est, dare rationes operationum, & de-signare modos, quos vel in familiâ meâ ab Avo & Patre habeo, vel & ipse observavi, quoties ab obstetricibus, cùm in officio suo hærerent, nec valebant ultrâ progredi, quippe difficultatibus superandis sàpè impares, in subsidium vocari nos contigit, quod quidem toties factum, ut non reformidem publicæ censuræ exponere, quid egerim, quid didicerim: Nihil præjudicans ordinario Illatum officio, quod & naturalis pudor requirit, & prudentia simul cum dexteritate quarundam (utinam plurium!) confirmat. Non imputabo ipsis, jam dum indignè nimis vulgo tractari solitis, quod in earum potestate non est situm, nam & in embryulci potestate multa non esse sita experior; Nec tamen subricebo culpam quarundam, quæ vel intempestivè cogunt fœtum in angustias, vel negligenter sinunt perverti situm, quem in tempore obveniendo, quod ut omnium rerum ita & hujus primum est, potuissent dirigere in melius. Quo spectant diversi earum mores, nam quedam pigræ vel timidæ statim vocant embryulum, ad expediendum, quod peritior vel sola præstitteret, alias autem obstinatae vel non bene sibi conscient recusant, tarde nimis petunt auxilium artificis, ut vulneratae causæ remedium quaerat, defectum suppleat, errores emendet, cùm rebus integris bene prospicere consultius fuisset; Sed tum non solemus admitti, reservati modò ad casus obliquos, dum recti, norma utique priorum, transeunt in occulto, sub pudore gynæcei. Seria ibi res agitur, arduum hoc est negotium, multo labore & sudore constans, experto crede, latum quidem, ubi prospero successu fal-

salvari potest fœtus, triste simul & necessarium, ubi de ipso jam desperatum est, & de liberandâ modò aut servandâ matre agitur. Veneror submissè occultam Dei providentiam, & singularia casuum fata pro dignitate proponi à me non posse fateor; Dabo saltem operam, non plenam artem ipsam obstetriciam traditurus, sed paucis præcipua Embryulcæ capita delibaturus, ut habeat Lector aut Opponens, si non quod sequatur, tamen quod examinet.

Quanquam ergò præceps occasio, tempus breve est, si ullibi, certè in crisi partûs sæpissimè, spatiū deliberandi diù non semper concedens, sollicitum tamen & exquisitum omnium phænomenorum prægressorum, præsentium, supervenientium examen præcedat, antequam manus admoveantur operi: Quæ conditio mulieris, quæ ratio fœtûs, quid ab obstetricie actum hactenus? Fiat applicatio diligens & prudens rerum nostrarum naturalium, non-naturalium & præter-naturalium, ut plenè informetur animus operatoris, & ex ipsâ circumstantiarum attentâ consideratione recta emergat indicatio, quid agendum, per chirurgiam in actum ducenda. Hâc magni momenti doctrinâ aliunde præsuppositâ, ad ipsas casuum differentias & operationum species licebit accedere.

Prima manuum opera, scilicet, quæ refectionis viribus, emollitis viis, observatis naturæ motibus, collaborare incipit, orificium uteri hians blandè ulterius dilatando, digitis inferiora versus juvando, dirigendo deflectens sursum, deorsum, vel ad latera caput, partem ipsius, si pote apprehendendo, scil. sub justo situ, vel ad rectitudinem jam deducto, sed sub partu modò difficiili, ob magnitudinem fœtûs & angustiam foeminæ extraordinariam, hæc quia cum obstetricibus sunt communia, & similia plerisque nota, s. passim obvia hîc prolixius non diducam. Ægrè autem ita res procedit in primis apud primiparas provectionis ætatis; planè non procedit interdum, ubi nimis magna est disproportio. Qualis olim in foeminâ ferè py-

gm̄xâ , simul arctissimâ , ob incurvationem ossium introsum ,
pariendi impossibilitatis testem veneror omni exceptione ma-
jorem , Excell. Dn. D. Zellerum , Præceptorem & Patronum
meum summâ observantiâ colendum .

Quicquid hâc ratione præstare non possum , tentare in-
cipio juxta modum secundum , in quo , quia multum auxilium
inveni , magnam quoq; spem pono , scil. tam adversus situm fœ-
tûs priorem , quam alium quemcunque perversum , atque adeò
lapud parturientes , bey welchen sich / ut loquuntur , das Kind
verschossen . Laudatum illud remedii genus consistit in conver-
sione fœtûs , hoc modo peragendâ : Manuum alteram sive de-
xtram , sive sinistram , prout res ipsa poscit & jubet , ritè præpara-
tam , digitis decussatim positis & extensis , non ad latera vaginæ ,
sed superpartem ejus inferiorem intestino recto incumbentem ,
blandè & cautè per vaginam in orificium uteri delatam , & pro-
pter pelvim ab osse sacro concameratam non sine molestia &
dolore incurvandam , penitus in cavitatem uteri , non obstante
vel capite vel alio fœtus membro exitum moliente , immitto .
Quo facto situm fœtûs & vasorum umbilicalium explorans ,
duobus digitis prioribus alteram tibiarum in flexura genu ap-
prehendere studio , atque prehensam sensim sensimq; attrahens
eo ipso priorem fœtus situm planè inverto , partibus portæ an-
tea vicinis jam utrocedentibus . Sicque uno pede extra-
cto & alterâ manu linteis involutâ detento , alterâ (quæcun-
que sit , prout videlicet vel hanc debilem sentio , vel illam com-
modiorem deprehendo) benè item oblitrâ , & juxta tibiam blan-
de ut supra monitum immissa , alterum quoque pedem pariter
quarro & accesso . Quo præsente extractio totius fœtus , ex-
teris partibus , facilitatur & successivè absolvitur . Hoc tamen
probè notandum , ut statim in apprehensione pedis fœtûs ad-
huc in utero constituti extractio ita dirigatur , ut facies interio-
ra & intestinum rectum , spina vero dorsi os pubis respiciat , id-
ic non solum eâ de causa , ut unus alterve digitus si fortè opus
erit ,

erit, commodius ori inseri, & extractio adjuvari, sed & ut hæsitatio menti vel nasi in osse pubis, aut illarum partium lassio & torpore praecaveri possit. Quod si vero contingat, ut in exclusione foetus ad latera brachium vel alterutrum vel utrumque ante caput prodire velit, primo quidem, quantum possibile, illud in pristinum locum reponere conor. Si vero id minus ex sententia cedat, nam urget interdum præceps vis deorsum torius qs. corporis superi, tunc digitis meis brachiorum vices obiens, eisdem collum atque caput munio, ne orificium uteri sese forte constringens foetum detinere, quasi strangulare & vita periculum inferre possit.

Hunc modum omnibus aliis, quos ego novi, præferendum esse, experientia me hactenus docuit: partim, quia partes intempestivè & præpostorè utero extrusa & vel difficillimè, vel planè non intra uterum reponendæ, hâc pedum apprehensione & lenta attractione facile & sponte priorem locum repetunt, ita, ut quæ anteà inferiores & anticæ fuerunt jam posticæ & superiores evadant; partim, quia, si quid manuum opera in hâc reprehendi potest & debet, id longe facilius & tutius per dictam pedum quam capitum, ceu partis nobilioris & delicioris strudatur apprehensionem peragitur. Facilius id fit, quia laxitas, glabritas & rotunditas capitum impedit, quo minus capi queat; Tutius id fit, quia quanquam dígito uno altero veori foetus immisso extractio promoveri possit, tamen periculum lassonis & dilacerationis oris subest; ne de tumore sanguineo contrectatione utut frustraneâ circa verticem capitum producto quid dicam.

Obstitit quidem interdum ingens exteriorum intumescentia, ut vix manui pataret aditus; sed leniter ipsâ insinuatâ perrexì porrò juxta caput, juxta brachium foetus, sensim sensimque, atq; adeò sine gravibus doloribus ipsam immittendo, interdum profunde satis vel usque ad cubitum, prout exigit conditio posituræ, siquidem alias pedem attingere vel prehendere non potuissim.

Præ-

745 L. J. G. 5

Præstitit ita index cum medio vicem unci naturalis, quo flexuræ genu insinuato trahere potui, pedem unum post alterum, successivè utrumque, & denique totum ita deducere ad exitum. Et procedit ista obtentio variè operatori quidem, laboriosius vel facilius; non mirum est, si defatigetur aliquando valde, dum communius tamen illud absque notabili matris fiat molestia: adeò quidem, ut norim fœminas, quæ postmodum iterum partitur amplius laborare noluerunt, sed prætenderunt repetendam extractionem. Valet autem hic modus ad fœtum non modò mortuum, sed omnino etiam ad vivum adhuc, & servandum; nam vitales, id est, superstites ita obtenti adhuc suppetunt.

Multum ita præstari potest, imò plus, quam olim credebatur, sed non omne. Mihi enim, ut verum fatear, rariores observaverunt casus, utroque modo insuperabiles, pro quibus itaque armare madum instrumentis omnino opus fuit, ut extraherem, quod aliter promovere & obtinere nullâ vi, nullo modo potui. Non alia autem habeo instrumenta, præterquam duos uncos, parvæ quidem anticæ curvaturæ, unum acutorem, alterum obtusorem, ceteroquin æquales & similes. Prior est vel ad incidendos musculos & ligamenta humeri, ut brachium fœtūs mortui circumvolutione ex acetabulo extorquendo avelli possit; vel ad aperiendum ejus caput, ut expressio cerebro comprimi reliquum, minor moles facilius procedere vel protrahi possit; aut ad ventrem, ut de mīnis visceribus corpus vacuum ita minus spatiū occupet & fiat magis sequax: Alter ad trahendum, infigitur partibus firmioribus, durioribus, orbitæ oculi, maxilla, occipiti, clavicula &c. Cautela hīc summa est, non lacerare uterum, non vaginam ejus, neque ossibus fœtūs, quæ quia possent pungere, lacerare, debent eximi aut comprimi, neque unco, si forte, quod utique fieri potest & solet, partem quam extrahere debebat, perrumpat, quippe adhuc tenetam & mollem, atque ita elidatur in vanum. Prospicit huic casui

casu una manus unco semper intus præsens, dum altera extus
trahit manubrium. Triste utique spectaculum fœtūs quidem
mortui, sic lacerati, utinam declinabile! Sæpe quidem, ut di-
ctum, sed mihi haecenūs non semper: Ad quod tamen nec
devenio, nisi tentatis prius omnibus in vanum.

Quod itaque suspensum valde tenere potest Operatur
animum, est non raro dubia nimis vita vel mors hærentis aut in-
cuneati fœtūs. Hæc autem discernere omnium maximè in-
terest, ne uncum infigat vivo, & hunc tractet pro mortuo. Ca-
veat ergo falli: prout quidem observat interdum falli fœminas
cum prætenso adhuc sensu, sed putatitio, moti fœtūs, quem ta-
men omnes postmodum circumstantiae confirmant jam dum
fuisse mortuum; alias autem ipsum vivacem durare ad stu-
porem sub longâ morâ & diu immotum & gravia passum. Non
sufficiunt fœces, non omnis horripilatio est consensualis e-
mortalis, non omnis mora debet esse nimis longa, non faci-
lè credendum uni signo, jungantur, immò querantur plura in
matre & fœtu, quæ passim subministrant practici, ut certus si-
de mortuo fœtu operator. Cæterum, quām non uno modo
sese habeat uterus, immò totum corpus matris, ad fœtum mor-
tuum, id quidem omnino observati solet & considerari meretur:
Nam interdum ipsi quasi indifferens est, mori fœtum, adeò ut
gerateum perinde ac vivum per unam & alteram adhuc septi-
manam; cùm alias hinc tantæ soleant exoriri turbæ, ad præ-
sentaneum periculum. Porro, enititur fortè mulier mortuum
situ reæ tam citò tam facile, ac unquam alia vivum; cùm in
aliis casibus vel ipsa embryulcia procedat adeò difficulter.

Ex præcipuis autem, quæ abstergere deberent opera-
turum, sunt vires nimis infirmæ, debiles, exhaustæ, utique per
graves & longos, tamen frustraneos labores, sed vel maximè
per nimiam interim hemorrhagiam uteri. Non posset me-
lius huic succurri, quām promotâ & acceleratâ fœtūs & secun-
dinarum extractione: Nihil autem metuendum est magis, quām
ne sub aut ab ipsâ tam citò expiret mulier, ut quam servare

non potuit, in suspicionem venire possit, quasi peremisset operatior, ut ut dōctus, gnarus, & certus de actu suo blando, per se innoxio, toties sine matris dolore, afflictione aut ultiore debilitatione peracto. Prudentiā hīc Medicā opus est, ut in omnī casu, quo anceps experiri remedium consultius ducitur, quām nullum. Interim ut per frequentiam operationum acquiritur habitus agendi, ita per frequentiam observationum acquiritur habitus dignoscendi.

Educto fœtu, tamen officio meo me defunctum nondum censeo, nisi & à placenta mulierem liberavero, non ignarus malorum ejus retentioni supervenientium. Quām facilis ad eam via patet statim à partu recenti juxta duquum funiculi umbilicalis, tam æger est ad eum connivente utero accessus interdum post horas & dies: Quām facile ipsa saepius ab utero, velut maturi pomi petiolas ab arbore, abscedit, imò jam dimissa expectat modò leniter extrahi, tam pertinaciter interdum adhæret, præter naturam adnata, accreta. In tali difficulti casu non vi sed dexteritate opus est, ut digitorum uno post alterum ampliare orificium, & placentam non frustillatim sed integrum leniter separatam possis extrahere.

Demonstrat autem sub hoc omni actu suam energiam animal illud in animali dictum, quam rectè, viderint Platonici, uterus, tam in toto, nixibus suis exclusivis, distinctis ab eo, quod motu voluntario contribuit mulier, quām circa orificium suum, quando in placenta separatione occupatam manum variè stringit.

Hæc naturalia tegi debent, quantum possunt, atque ita locari potius parturientes ad commoditatem operationis, non tam in sellâ, quām lecto, quin & necessitate quidem exigente super mensam; quamvis sit, qui stare ipas potius velit, modò vires permittant, & antrorsum inclinato corpore faciliorem ita sibi fœtus tractionem & eductionem fieri afferat.

Medicamentorum non feci mentionem, non quod non sint accessaria, sed quod modò pharmaciam hīc seponam, de-

— 12. —

chirurgia jam sollicitus, & quod plerique casus, ad quos vocari me contigit, importarint situm vitiosum, sub quali statu non ausim movere, quod promoveri non potest, potest autem adhuc pejus cogi in angustias. Vana igitur in talibus casibus experior famosa oxyticia, quæ aliæ tempestivè data sub restringere situ suam merebantur laudem. Alia est ratio analeptæ corum, quorum usus temperamentorum, virium, nixuum conditioni accommodari potest longè universalius; alia item longè ratio eorum, quæ dantur præservativè, vel in principio, vel in turbis intempestivis, nā casus dantur in quibus vel anodynorum usu naturæ procuratà quiete, tempus & libertatem nocta fuit facultas expultrix corrugandi fortè errores suos. Ne quid dicam de externis pro conditione loci, temporis & personarum sèpè evponit, e. gr. de vino & butyro simplicibus ad illam insu-mescentiam prius accusatam partium exteriorum pauperculæ sufficientibus, &c. Utinam verò speciosè dicta Ischæma talia se se demonstrarent in cristi illo casu nimii profluvii, sed spes ibi non raro nos destituit, & contraindicationes cohibendæ haemorrhagiæ atque promovendi partus rationem valde exercent.

Quid occultarum causarum subsit, quando vel uno tempore præ alio plures periclitantur difficulter pariendo, aut certæ mulieres præter culpam suarum viarum vel omnes vel plerosque suos foetus toties cum cordolio in situ perverso male & frustia exitum moliri observant, & similia fata, ego quidem docere non præsumo; Astrologis vel quibusunque aliis, ut expediant, commendō.

De partu cæsareo, i. e. sectione fœtū vivi ex utero matri vel adhuc vivæ vel modo mortuæ, ex propriâ observatione nondum quid habeo: Cadaver puerperæ fato nuper infelici defunctæ secandi occasionem cum arripuisse, de modo illam peragendi solicitus fui. Interim præter alias historias memorabile quondam legi exemplum, quod & curiosis significare volui, ut evolvant, in Epistolis Selenianis J. V. Andreæ, ejus ex sorore abnepos.

CAPUT ALTERUM.

Ta procedit vita practica Medico-Chirurgi ab unâ miseriæ specie ad alteram, quemadmodum ab embryulciâ ego hîc progredior ad Lithotomiam. Utinam hâc chirurgiâ non foret opus, sed dissolvi possent per medicamenta vesicæ calculi! Vel, utinam lenia quorundam fata pluribus essent communia, eorum scilicet, qui minores facili partu enituntur lapillos, aut magnos, etiam lapides sic satis facilè tolerant. Quandoquidem verò illud non possumus, hoc paucis datum est, manet itaque necessaria hactenus sectio & extractio ultimum ægris remedium, exquisitis partium inferarum afflictissimarum doloribus extorquendum. Alterum hoc Thema propono, non quod ignorem, benè multos de Lithotomiâ scripsisse, quippe quos diligenter evolvo, nec quod præsumam, nova promittere, quanquam subinde praxis tale quid offerat; sed ut & hujus rationes modosque publico submittam examini, captans omnem undique proficiendi occasionem.

Ante omnia certum oportet esse operaturum de præsentia calculi in vesicâ, ne decipiatur aliorum morborum symptomatibus, quæ calculum simulant. Duo hîc suppetunt signa primaria, catheterismus & digitorum exercitatio, quibus per examen ægri collecta reliqua calculi signa plenius confirmo; nam tactu ita & motu cognoscitur, & ab alio rariole solido ignoscitur calculus. Præsupposito priore, quia talia non tam verbis doceri, quam manuali tentamine addisci possunt, alteram ita instituo: ægrum ommodè posito, & antrorsum parumper inclinato, dextram manum leni complicato linteo involvo, eâque antican vesicæ regionem deorsum blandè premo, ex adverso calculum ita detrusum indice & medio digito sinistri & manus anno immissis excipio, tunc magnitudinem & figuram ejus in pueris ita sensio, ut in mensâ si opus delineare ipsum non vanè præsumam.

Cognito calculo præparo corpus, dispono agrum, sub spe felioris ita operationis, si refectis viribus, purgatis primis viis, delenitis usu paregoricum & anodynorum doloribus, insuper convenienti diæta ipsi fuerit prospectum. Egregium in primis adjumentum præstat, unâ alterâve prius septimanâ partes per fomenta, per balnea ex lacte cum emolientibus parata, laxare & demulcere. Nec omnes operationes differre possum in veris medium, aut principium autumni, nec omnes statim, nullâ habitâ temporis ratione, aggredior, sed & hanc circumstantiam observo.

His præmissis Modus ipse peragendi lithotomiam non simplex, sed eo differentia ætatum & sexuum triplex mihi est in usu: Primus valet ad extendendos è vesicâ calculos personarum minorum & juniorum, ab infantia ad

ado-

adolescentiæ finem, variè pro diversâ calculi & corporis conditione, ad annum usque circiter decimum octavum, vigesimum, (qualium quidem numerus multo est major apud nos, quam adultiorum calculosorum,) & administratur ita: Ægro ad commoditatem operationis rectè collocato, & fortiter detento, calculum eodem prorsus modo, quo in ejus exploratione fui usus, quam licet leniter & plenè, magis magisque ad perinæum promoveo, digitis per intestinum firmo, detineo, super ipsum latus sinistrum medii ferè perinæi ad usque subjectum calculum incido, & factâ incisione per instrumentum cochlearis formâ eximere quam dexterimè allaboro, difficulter prodeuntem utrinque urgendo promovere & extrudere annitor, & hactenus per Dei gratiam feliciter obtineo.

Edueto calculo decoctum sacculorum dicendorum cum multo recenti butyro per siphonem mediante cannula argenteâ injicio, semel atque item vesicam ita eluo & purgo à cruro, à sabulo, à quocunque peregrino: Vulnus oleis balsamicis illino: Sacculorum ex emollientibus, nasturtio, becabungâ vino incoctorum unum hîc perinæo, alterum hypogastrio & pubi impono: Nec ægrum necessariis internis destituo. Per sequentes dies & septimanas tria maximè habeo, quæ curem: Cannulam argenteam adhuc aliquandiu in vulnus immitto, ut habeat occasionem & libertatem exeundi, si, quod fieri solet, per sequentem maximè apparatus, interdum supersint reliquæ, crustulæ, tristula calculorum; tamen illam ibi relinquo, donec claræ jam & puræ compareant urinæ. Abhinc laudabilem puris coctionem juvo, promoveo, nec diu tamen nimis protraho, sed benè mundificatum vulnus emplastris atque fasciis consolidare quam citò licet proprio; quod & intra tres plerumque septimanas integrè solet absolviri.

Novi equidem esse, qui ob metum inducendæ ita inflammationis vesicæ hunc modum reformidant, & in junioribus quoque sequentem majoris apparatus dictam operationem administrant; salvâ quorum autoritate duo saltem dicam: Utinam calculi altero modo æquè citò, certò capi possent, ac quidem illo primo fieri potest & solet, sic immittendâ frequentius forcipulâ non foret opus. Secundò, bonâ fide hoc assevero, gangrænam ita meis nondum supervenisse ægris, ut nimiam aliorum violentiam & duram nimis translationem, quam nullatenus probo, fuisse credam, quâ miseris acutè fuerit horiendum.

Nec chronicum malum successit, sive non æquè relinquitur fistula cum emolesto urinæ stillicidio ac à graviori operationis alterius modo. Etenim cido perinæum non in suturâ, sed ad latus, vulnus infligo parvum, nec unquam latitudinem pollicis excedo, quæ lacerata fuerunt, citius, quam dissecta,

coalescere expertus. Accelerare consolidationem non aliter quam dicto modo studio, partim quia reliquiarum usque metus est & suspicio, quas tunc evocare praestat, partim, quia me nanquam ita retardasse ipsam justo diutius observavi; Experientiae propriæ testimonium sub repetitis Dei gratiâ successibus felix quibuscumque alienis omni jure video præferre.

Recidivæ quidem quorundam, non omnium, negari non possunt, sive post tempus breve vel longū noviter geniti in vesicâ calculi. Deplorandâ hæc ægri quondam liberati nova afflictio erit tamen citra culpam lithotomi, si modò ipse in casu pluriam vesicæ simul inexistentium calculorum, uno obtento, reliquos extrahere non neglexerit, vel per solidum quodcumque intus relictum novæ accretioni causam non dederit. Minera si quæ in renibus sui signa dat, uterus Helmontio dictus calculi, tota ferè corporis dispositio si conspirare videatur ad generationem plutium, solicitam utique merebitur consultationem, an præcaveri & corrigi possint, & quomodo. Nec desunt mihi exempla duorum puerorum consanguineorum (ut familiare hæreditatum malum fuisse constet,) post triennium feliciter iterum sectorum.

Verum enim verò in adultis non sufficit minor ille hactenùs apparatus, sed requiritur alter major, quia calculus manuum ope attingi & tractari comodè amplius nequit, sed per instrumenta prolixius quæri, prehendi & extrahi debet. Igitur pro declarando paucis & hoc modo, præsuppositâ iterum præparatione & collocatione ægri, cathetere primùm sulcato opus est, qui per virgam immittatur in vesicam, ut certus & firmus sit locus in perinæo, quem aperire fas sit, pro parandâ in vesicâ viâ. Factâ hinc in suleum itinerarii usque incisione, ad hujus ductum per vulnus specillum insero, extractoque cathetere, conductorem stylo injectum immitto, vulnus pro exigentiâ calculi ejus diductione dilataturus: Tum remoto quoque stylo, per latera conductoris forcipulam, quantam & qualem conditio utrinque postulat, in ipsam vesicam indo; quâ, jam & conductore extracto, calculum quæro, capio, teneo pro posse, secundum longitudinem, si quam habet, in medio forcipis, ne elabatur, ne diffingatur cavens, atque ita tandem protrahere circumspectissime allaboro. Operatione autem peractâ curationem vulneris priorem hic etiam pplico.

Tertius denique modus proprius est sexui sequiori; cui quia brevior & amplior est urethra, itaque ad extractionem dilatari potest sine sectione, & hoc ipso non tantum faceffit negotii. Etenim per catheteris recti in vesicam immisionem & digitorum vel per anum vel per vaginam uteri explorationem de præsente calculo certior redditus, ægrâ ritè collocatâ, per conductorem ad ductum catheteris vesicæ insertum diducere viam sensim & usque magis

incipio, forcipem pariter loco catheteris per latera conductoris immitto, atque ita primariam operam impendo, ut calculum ritè apprehendere & successivè extrahere valeam.

Præter hos tres modos, ut in hypogastrio anticam instituerem sectiōnem, analogam partui cæsareo, nec hactenus necessum habui, dum illi procedunt feliciter, nee adhuc ausim, dum omnibus in cadavere consideratis circumstantiis arduum mihi nimis videtur negotiunt; quod proinde aliis modo relinquo, meum de famâ ipsorum suspendens judicium.

Quid si vero calculus vesicæ adhaereat? Hic nisi leni tractationi cedat, m non erit violenter cum vesicâ extrahendus, quām non placenta cum ute-
lo. Quid si æger valde senex & infirmus? Abstinendum censeo, & palliativas curationes advocandas. Quid, si calculus major, quām ut extrahi possit, an' disstringendus? Atqui durior sæpè est, præ quo vel forceps cedat & flectatur. Itaque qui in talibus casibus, rebus ita deprehensis, factâ quidem peri-næi apertione, desistunt tamen tempestivè ab extractione nimis violentâ, tutius agunt. Fata Borrichii huc spectant ex Programmate ipsius funebri. Denique quid si calculus in folliculo? Hæreo: Dicam, quæ viderim: Au-diam, quid potuisset agi. Juvenis rusticus doloribus calculosorū similibus diu vexatus, cùm utrâque exploratione non semel sed incassum fuisse tentatus, vietus doloribus, voluit tamen secari. Verùm, nec hâc ratione in-veniri potuit calculus; sed vulnere hinc facile quidem consolidato intra bien-nium miser consumptus obiit: In hujus cadavere inveni calculos duos sat ma-gnos, cum duobus minoribus, intra vesicam, non autem in eavo liberos, sed conclusos intra propriam tunicam, quasi duplicaturam, ad superiorem anti-cam vesicæ partem.

Claudat hoc caput aliud phænomenum non indignum, cuius rationes per conflictum eruantur: Ex alio juvene rustico, cùm sustineret incisionem primi modi super calculus, insolito more profluxit statim non parca puris quantitas, & obtentus fuit calculus ovalis, sed corrosæ superficie ex unâ par-te: Tale pus cum urinâ prius non emiserat, in perinæo tumor ullus non fue-rat observatus; post operationem autem non cessavit ille solito longior & lat-gior puris fluxus, ut protraxerit consolidationem ulterius in quartam septima-nam. An & hâc follieulus? Aut, an intra tunicas vesicæ pus? quale in ob-servationibus exemplum habet Ruyschius.

Tantum, pro specimine Inaugurali, sub gratiis & precibus:
Plura eum Deo & Die!

SOLI DEO GLORIA!

Sig

SIc age, sic cura: Maneat mens conscientia recti!
Multa salus miseris! Sic bene & Ipse vale.

Clar. Dn. Candidate

ex voto tui

PRÆSIDIS,

RAra Patris calcantem & Avi vestigia Fatum
Consimile expectat: {
caucior }
dætior } esse nequis!
ditior }

Gratulab. appos.

Joh. Adam Osiander, D.

SIc Manus Ingenium juvat, illustratque; sub ipsa
Dexteritas Praxi crescere læta solet.
Tu non defendis nunquam Tibi visa, sed orbi
Sudoris fructus tradis, amice, Tui.
Embryo fibrosis si fixus inhæreat antris,
Vel ductus tortor Calculus impedit,
Nil jam verba valent, nihil argumenta, sed ausu
Herculeo præstò est docta agilisque manus?
Macte igitur virtute Tua! feliciter insta
Cœptis! propitio Numine lætus ages!

Nobiliss. Dn. Candidate applaud.

Elias Camerarius, Med. D. P. R.

Ze Eugen d stirbet nicht/ mank auch noch höher steigen:
Elias Geist will sich im Sohn doppelt zeigen.
Berühmter Väitter Kunst und grosse Wissenschaft/
Was * jener in dem Kopff** der in der Hand für Gaben
Zu heilen hat gehabt/ behalten ihre Kraft/
Weil Herr SIMONIUS zeigt sie mit Ruhm zu haben.

* Balthasar Simonius, Med. D. & P.

Herrn Respondenti

** Avus & Pater Lithot. & Chirurgi jur.

zu Ehren gesetzt von

M. Joh. Theod. Læchelin, Stip. Th. Rcp.

Chirurgum ostendit Medicumq, SIMONIUS Orbi,
Cui porro ex animo prospera queque precor.

Clarissimo Domino Candidato Respondenti & Amico

suo singulari cum voto omnis felicitatis ardentissimo posuit

Henricus Sretta, à Schottnau & Zavoritz,